

Strobiliusque pari Lumine ternus erit.
 Tres soles, sed ubique pares similesque, nec alter
 Alterutri dispar lumine, corde, sono.
 Tres Soles vos ergo pares, Fratresque salutans,
 Dissimiles solo nomine Musa probat.
 Tres Soles fulgete pares Fratresque manete;
 SOL FERNANDE VIRIS E TRIBVS ergo mica.
 VOX vetus i, cessa: *Tantum Sol unicus esto!*
 Tres Vbia Vrbs Soles iam capit, aula * tenet.
 * Theologica.

SoL Vbi MarCeLLI festo fVLgebat ab aXe,
 SoL trlpLeX Vblls fVLget, InestqVe sCholIs.

~~~~~

**FERDINANDUS STROBELIVS**  
 PASTOR ET DOCTOR

PASTOR  
 Anagramma.  
 I.

ST: PARO  
 I.

ST! cessate Lupi, cessate vlulare molossi!  
 EN PARO in hæreticos sacra flagella canes!

## II.

ST! male mordaces ne latratote Theones:  
Ipse PARO vigili pascua sana Gregi.

## II.

STO. PAR.

Orce age, Pastorem, caulamque, gregemque laceffe:  
En PASTOR. STO PAR nisibus orce tuis!

## III.

ΠΑΤΡΟΣ.

Conveniunt *Pater* & *Pastor*, ΠΟΙΜΗΝΤΕ, ΠΑΤΗΡΤΕ

Nam debet multum PASTOR habere

Re PASTOR debet munus obire

Cor verum PASTOR debet habere

} ΠΑΤΡΟΣ  
} PATRIS

## IV.

RAPTOS, PARTOS.

*Pastor* amat PARTOS agnos, RAPTOSQUE requirit;

PARTOS agrè agnos quid nisi *Pastor* amet?

## V.

PROSTA.

Merx velut emptori *prostrat* venalis amico:

Sic PASTOR PROSTA non aliene Gregi.

## V.

STA. PRO.

Pro Pullis Gallina, Leænæ pro catulis stant:

STA. PASTOR: curam Pro grege semper habe!

PASTOR ET DOCTOR.

Anagramma.

I.

COR. STAT. PRO DOTE.

I.

Dotare Sponfa coniugem Sponsum solet;

Tu *Sponse* dotasti gregem,

Ovile PASTOR corde dotas creditum.

An esse *Dos* melior queat?

PRO DOTE COR STAT Ovibus obstrictum tuis.

Iam quære *Dotem* Zoile!

II.

Iam *Doctoralis* nubit tibi Theiosophia:

COR PRO DOTE merum STAT tibi, STATque tuis!

II.

COR DOTET } RAPTOS  
PARTOS

Sunt *rapti*, sunt & *parti* feliciter agni,

Quos CHRISTO parere, & quærere PASTOR amas.

Si *dotare* paras certam proclivis in Arrham:

Cor pro *Dote* ovibus, Cor erit arrha tuum.

COR DOTET RAPTOS, PARTOS feliciter agnos;

An finet hos iterum dextera fida rapti?